

ne 54. Antonius Faber in suo Codice, libro 4. titul. 42. definitione 45. & 46. Gregorius Lopez in l. 20. titul. 8. parit. 5. glossa 4. & per totam: Molina de iustitia, tom. 2. disputat. 498. ex numer. 5. bene explicans: ubi numero 10. de mobilibus, aut fe moventibus, Barbol. in leg. si mora, ff. soluto matrimonio in lectura, ex no 95. Fachineus lib. 1. cap. 83. & 84. Cancercius variarum 1. parte, cap. 14. ex numer. 57. Valdes in additionibus ad Rodericum Suarez, in leg. post rem iudicatam, in declaratione leg. Regni, versiculo: Secundo extende, Pichardus in principio Institut. hoc titul. numer. 20. Brito latissime in rubrica de locato, & conducto, 1. parte, §. 4. ex numer. 48. ubi quod ad tacitam reconductionem indicendam requiritur ex parte conductoris scientia locationis celebratae, & finitae; & scientia, & patientia ex parte locatoris. Ex quo inferit quod si furor, vel amentia supervenerit in conductore, vel contractus fuit celebratus per procuratorem, vel haeres successerit conductori, vel alius similis casus contigerit, in quo ignorantia prioris contractus, vel perseverantia illius possit praesumpra, tacita reconductio non inducitur; & etiam explicat an praedicta resolutio habeat locum in emphyteusi; & novissime D. Joseph. Vela dissertat. l. 2. n. 12. & seq. vide etiam Tuschum, liter. M. con. luf. 5. ubi quod non inducitur reconductio agitur de gravi praedictio.

17 Ad num. 16. ibi: *Quaro tamen, &c.* Arbitrio Iudicis relinqui ex quo tempore inducatur tacita reconductio (ut hic resolvitur) docent ferè omnes supra citati, & maxime Menochius de Arbitrario casu 506. & casu 31. Sed ex l. 10. titulo 8. parit. 5. tres dies perseverantiae sufficere notant Gregorius ibi, Molina de iustitia, tom. 2. disputatione 495. num. 5. versiculo, *Quarta autem tempus*. in Regno autem Lusitaniae, locator tenetur triginta diebus ante tempus locationis finitum interpellare conductorem circa denegationem futurae locationis, aliàs conductor potest inire novam reconductionem, ita Brito in dicto §. 4. in rubrica, 1. parte, num. 50. & Narbonam l. 10. titulo 6. libro 1. Recapitulationis, glossa 2. numer. viginti nono quimo; ubi cum Assiliotis decisione 365. numer. decimo quarto, & aliis ait, quod de iure communi ex perseverantia duorum aut trium dierum, reconductio non inducitur, & Cancercium variarum prima parte, cap. 14. num. 58.

Ibi: *Advertendum tamen, &c.*

Quando contractus locationis fuerit in scriptis celebratus, tunc ex tacito consensu non intelligitur inducta tacita reconductio. ut docet Gomezii, probant omnes Doctores relati numero praecedenti, Cancercius supra, capite decimo quarto, numero sexagesimo, eos vide, & Molinam de iustitia, tomo secundo, disputatione quadringentesima nonagesima octava, num. 3. ubi contrarium probabile ait.

18 Ad numerum 17. ibi: *Et breviter, & resolutivè dico, &c.*

Tacitam reconductionem intelligi factam eisdem qualitatibus, penis, pignoris, &c. non tamen cum eisdem fideiussoribus ut docet Gomezii, probant latissime Tuschum liter. L. conclus. 421. ex numer. 19. ubi numer. 10. limitat, ut non habeat executionem paratam, quam habuit instrumentum prima locationis: & liter. F. conclusion. 117. ubi declarat: & liter. R. conclusion. 19. Mantica de Tacitis conventionibus, libro 5. tit. 15.

numer. 19. & sequentibus, ubi numer. 23. quod poena appositae in prima locatione non intelligitur repetita in tacita reconductione, nam poena est extra contractum locationis, de quo Gratianus discept. cap. 68. num. 39. & 40. Gregor. Lopez in dicta leg. 20. titul. 8. parit. 5. Parlador. lib. 2. quoad dicitur capite fin. 1. parte, §. 12. limit. 7. ubi quod non datur exequutio pro ea, Bolanus in Curia Philip. 2. parte, libro 2. cap. prorogacion: quasi per totum, ubi plura inferit; Menochius de praesumpt. lib. 3. praesumpt. 85. ex numer. 19. ubi numer. 21. quod non habeat locum poena in tacita reconductione, & alia: D. Larrea decision. Granatensis 22. numer. 10. Noguerolet allegacione 33. num. 74. ubi etiam quod non habeat locum via executiva. Cancercius varia. 1. parte, cap. 14. ex numer. 65. Scaccia de commerciis, §. 7. glossa 2. n. 43. & de re iudicata, glossa 7. quæst. 4. specie 1. n. 34. & 43. Brito in rubrica de locato & conducto, 1. parte, §. 4. ex numer. 53. ubi quod si res pignorat non sunt propriae conductoris, sed alienae, de consensu tamen domini fuerint hypothecatae, non remanent obligatae pro reconductione: & similiter, si res erat propria conductoris tempore conductiois, tempore autem tacitae reconductionis iam erat alienata, & penes Tertium existat, tunc nec manebit obligata pro tali reconductione: vide eum, quia optimè explicat dictam resolutionem circa obligationem fideiussoris: & vide etiam Noguerolet, allegacione 21. ex numer. 14. Salgadum in labyrintho, 2. part. cap. 27. ex n. 61. ubi n. 67. ait praetationem in concursu creditorum esse considerandam hoc casu ex die tacitae reconductionis, & non ex die primae locationis.

Ad num. 18. ubi: *In quo articulo breviter, & 19 resolutivè, dico, &c.*

Propter sterilitatem debere fieri remissionem mercedis, & contra propter fertilitatem debere augeri pensionem, ut resolvit Gomez docent latissime Scribentes in locis oris variis, & in specie videndi sunt, Sarmiento libro 8. titul. in leg. quoad fieri, ff. de leg. 2. n. 8. Gratianus disceptationum, cap. 195. & tom. 3. cap. 534. & 57. per totum, Tuschus lit. L. conclus. 441. & duabus seq. latè Valascus de iure emphyteutico, quæst. 27. per totum, Gironda de gabelis, 2. part. §. 1. ex n. 34. Gurtierrez eodem tractatu quæst. 136. ex numer. 22. ubi etiam de conductore bonorum civitatis, vel publicorum: Mozius de contractibus, titul. de loco caso, cap. de accidentalibus locationis, num. 1. & seq. Surdus decis. 155. & 316. Cavallos quæst. 57. Morla in emporio, titul. 10. in praludis, num. 281. & questione 1. per totam, Barbosa in lege 8. §. fin. ff. soluto matrim. ex numer. 6. Pichardus plures refertens in §. actionum, Institut. de actionibus, questione 17. in fine, Cancercius 3. part. cap. 6. ex n. 92. Molina de iustitia, tom. 2. disputatione 495. Caroccus de locato, titul. de remissione mercedis, in 3. part. Mantica de conventionibus, lib. 5. titul. 8. & alii plures relati a Barbofa in collectanea, capite propter sterilitatem, hoc tit. Gomez Bayo in practico, libro 2. quæst. one 15. & eruditè, & eleganter D. Franciscus Amaya hsero. 1. onum juris lib. 3. cap. 5. per totum, ubi numer. 13. plures Doctores refert. & numer. 15. cum nostro Gomezio, & alijs docet, quod sicut in sterilitate remissionis damno afficitur dominus, ita etiam in ubertate nimia, quae non ex industria coloni obvenit, augeri debet pensio: ex text. in leg. secundum naturam, ff. de regulis iuris (in quo contrarium docet Barbol. in dict. cap. propter sterilitatem,

ritatem, num. 10. contra alios) & numer. 16. & sequentibus, explicat ipse Amaya causas sterilitatis, & quando inducant remissionem mercedis: explicatque text. in dicto cap. propter sterilitatem, & in leg. ex conducto, §. si vis, versiculo, Si qua rationem, hoc titul. de quo etiam Souta in §. actionum, capite de locato, num. 88. post Morlam dicta questione. 1. num. 15. & 16. Cajacium lib. 2. observationum, cap. 32. & Gregorium Lopez Madera cap. 16. animadversionum num. 8. & numer. 23. resolvit ipse Amaya, sterilitatis causam committi, quando damnus ex ipsa re oritur, nulla culpa coloni interveniente, & ponit exempla, veluti si pecora conducta moriantur, vel si vitibus, aut oleis scabies contingat: & n. 26. declarat sententiam Morla dicta quæst. 1. n. 13. cum alijs, quatenus admittunt remissionem mercedis quando sine culpa coloni fructus subrepti fuerint, quam procedere ait cum fructus pendentes subripiuntur, secus si iam collecti: & n. 27. ait, dictum vericulum, Si suam tamen, legendum esse adjecto puncto post illa verba, Si vinum coaruerit; Ut ibi clausula finiat, & alia incipiat, ibi: Si raucis, &c. ut sic ex raucis, & herbis infatis laboris fiat remissio pensionis, si sterilitas ex eis procedat, nisi colonus potuerit herbas, vel raucas auferre, & non fecerit: ut cum multis docet Barbol. in dicto cap. propter sterilitatem, n. 4. ubi n. 11. & sequentibus, plures casus enumerat, ex quibus sit remissio, nempe fluminum inundationibus, edacitate locustarum, incendio, hostium incuribus: & n. 16. docet remissionem ob sterilitatem faciendam pro rata ipsius contingentis sterilitatis: & latè ampliat, & limitat, eos vide, & Narbonam in 3. parte Recopil. in lege 57. titul. 4. libro 2. glossa unica, n. 51. ubi plurimos refert hanc materiam explicantes: & n. 55. probat locatorem, & conductorem pro rata contribuere debere ad locustarum occisionem, cum utriusque intersit, ne sterilitas contingat: & praeter eos omnes, vide Reginaldum in praxi fori penitentiarum, lib. 2. §. 41. ex n. 520. & latissime explicant hanc materiam, Britum in d. c. propter sterilitatem per totum, ubi omnes difficultates, & alios relatos per D. Latreac decis. Granatensis 18. n. 4. & quæst. per totum, & decis. 71. n. 16. & allegat. fiscal. 17. ubi etiam de conductore gabelarum, & allegat. 32. ex numer. 23.

Ibi: *Dubium tamen est qua dicatur sterilitas, &c.*

Sterilitatem ad remissionem mercedis ita esse considerandam, ut si nulli penitus fructus percipiuntur, conductor liber omnino sit à solutione mercedis ex l. 22. tit. 8. part. 5. si verò aliqui fructus sint percepti, in arbitrio, & electione, conductor sit, ut totam pensionem solvere, vel quidquid superest deducat expensis locatori praestare, docent Gregor. Lopez in dicta l. 22. verbo, *En su escogencia*, & alter Gregor. Lopez Madera animadversionum, cap. 16. num. 11. post alios antiquiores, & cum eis Narbona in dicta leg. 57. titulo 4. lib. 2. Recapitulationis, glossa unica num. 52. & 53. & apud summos practicos crebriorem, & communiorè, ac viorem reputari opinionem illam. quae habet, sterilitatem adeo magnam requiri, ad hoc ut remissio locum habeat, ut ex fructibus perceptis, deductis expensis, non possit dimidium pensionis solvi, docet Barbol. in dicto cap. propter sterilitatem, n. 3. ubi refert pro hac parte nostrum Gomezium, & Menchacam de usufructu, cap. 54. Cavallos quæst. 57. Morlam Ant. Gomezii Variar Resol. Tom. 11.

in emporio, tit. 10. quæst. 1. n. 12. Molinam de iustitia, tom. 2. disputat. 495. & Castillo lib. 3. controvers. cap. 3. num. 36. & alios plures; quod etiam comprobatur latissime Brito in dicto cap. propter sterilitatem, n. 58. alios plures refertens, ubi etiam declarat, quomodo intelligatur deceptio ultra dimidiam in hac specie? & numer. 61. probat quod attenta dicta leg. 22. nunquam habebit locum remissio pro rata, quae de iure communi poterat fieri, & n. 62. quod colonus partitio non sit remissio mercedis propter casum fortuitum; & numeris sequentibus latè explicat materiam casuum fortuitorum, ex quibus remissio fieri debet, de quo etiam plura Marienzo Junior in repetitione leg. contract. ff. de regul. iuris ex n. 290. Gratianus discept. cap. 195. & cap. 557. n. 62. & D. Larrea allegacion. fiscal. 17. quasi per totum.

Ad num. 19. ibi: *Et resolutivè dico, &c.* Renuntiationem casibus fortuitis non possit uti remedio praedicti sterilitatis, sed tenet solvere integram pensionem, praeterquam si casus contingens sit insolitus; nam ad eum extenditur renuntiatio, resolvit Gomezii in praesenti: & ita docent Assiliotis decis. 150. num. 22. Azevedus in leg. 1. tit. 1. lib. 6. Recopil. num. 63. & leg. 2. titulo 9. l. 9. ex n. 9. Tuschus lit. C. conclus. 606. & 607. & alios plures refertens Cavallos quæst. 702. per totam, Valascus de iure emphyteut. conclusion. 27. numer. 34. Gurtier. de juram. confum. 1. parte, cap. 24. quasi per totum ubi idem assertit, etiam si addit iuramentum, Caroccus de locato, titul. de remissione mercedis, quæst. 8. num. 109. Mantica de Tacitis conventionibus, lib. 5. titul. 5. num. 3. 18. & per totum, latissime, Cancercius 3. parte, cap. 15. ex numer. 155. Molina bene explicans de iustitia, tom. 2. disputatione 495. num. 19. & seq. Castillo libro 3. controvers. cap. 3. ex numer. 8. Fachineus lib. 1. controvers. cap. 86. & 87. Matienzo in dicta leg. 4. parte, cap. 6. Mascardus de probationibus, conclusion. 334. Pichardus in §. qui pro usu, in astitit, hoc titulo ubi alios refert, & numer. finali, quantum ad casus insolitos contrarium tenet, & alii etiam relati ab Hermosilla in leg. 3. titul. 2. part. 5. glossa 8. num. 5. ipse tamen Hermosilla alios quam plurimos refert pro opinione nostri Gomezii, quos sequitur, nempe, ut renuntiatio non comprehendat casus insolitos, quam ampliat & limitat ibidem, & agit de hac renuntiatione tam in contractione, quam in iudiciis, cum vide, & Matienzo Juniorè in repetit. leg. contractus ff. de regulis, ex n. 120. ubi latè agit quid si culpa, vel mora praecessit casum, & numer. 259. quid comprehendat susceptio periculi? de quo etiam Hermosilla supra, vide etiam latissime Britum cap. propter sterilitatem, num. 64. & seq. ubi bene materiam declarat, & quando dicatur casus insolitus, & quæ sit differentia in hoc inter contractus & iudicia, & de renuntiatione exceptionum, & de renuntiatione generali casuum, vel si aliqui exprimantur, & alia eum omnino videas & Gratianum, disceptationum, cap. 165. & novissime Dominum Larream allegacione fiscal. 17. num. 14. ubi etiam laudat nostrum Gomezium, & latè agit de conductione Gabelarum, & de casibus fortuitis in eis contingentibus, & allegacione 18. num. 9. & seq. ubi etiam de casibus insolitis; & allegacione 19. ubi eandem materiam profertur, & agit latè de conductore vestigialium, & allegacione 11. num. 31.

Unum tamen adverteas quod si conductor decimas non solvat, ut debet, non poterit sterilitatem

tem allegare, cum illi dederit causam: ita Geminianus in cap. 1. de decimis lib. 6. Guido Papa de off. 166. Rebuffus in tractatu de Decimis, questione fin. num. 22.

21 Ad num. 10. ibi: In quo articulo, &c.

Expensas necessarias, & utiles posse conductorem repetere, vel cum pensione compensare, dum modo non sint temporales, & factæ pro utilitate, & commodò conductoris, & pro ejus tempore duraturæ, resolvit Gomezius, & docent Valascus de jure employentico, questione 25. n. 32. Gregorius Lopez in leg. 24. titul. 8. part. 5. cujus verba questionem satis explicant, ibi; Haciendo labores, & cosas de nuevo, y plantando, & arboles, & viñas: porque la cosa vale mas de la renta, & la fazen que la dexan, que quando la tomaron, &c. Molina de justitia, tom. 2. diffus. 496. ubi bene probat, conductorem posse repetere expensas necessarias, & utiles, vel utiles tantum, Menochius de arbitrar. casu 215. Parladorius differ. 80. tom. 3. ubi quomodo aestimetur? Gregor. in leg. 76. titul. 8. parte 4. gloss. 5. ubi de expensis factis in equo curando, latissime Garcia in tractatu de Exprossis, cap. 14. ubi etiam agit de usufructuario, & cap. 15. & 10. de employentico, & majoratus possessores, n. 14. dicto cap. 14. ampliat etiam si conductor expellatur de re conductæ sua culpa: & n. 16. & segg. limitat, aliquos casus adducens, in quibus conductor non recuperat expensas: & quid in eo qui conduxit ab usufructuario? & numer. 21. & sequenti. quid in colono partitario? Gutierrez praxiarum, quest. 68. ex n. 11. lib. 3. Barbosa in leg. de vicio, s. fin. ff. soluto matrimonio, per totum, & ut in plures tibi referam, videas omnino Britu n. in rubric. de locato, & conducto, 2. part. §. 3. per totum, ubi omnes difficultates prosequitur, & late agit an competat retentio conductori pro expensis factis in re conductæ: de quo etiam Bonacola in tract. de Equis, quest. 21. ubi cum Baldo in leg. si alii, Cod. commutati, docet quod Mariscalchus potest equum retinere pro expensis: & etiam agit ipse Brito quid si contractus rescindatur ex l. 2. Cod. de rescindenda venditione: Cancercius variarum, 1. parte, cap. 14. num. 92. Aviles in cap. 17. Pratorum, verb. Esten limpiat, num. 7. & 8. ubi an conductor teneatur reficere viam? apud quos etiam videbis quando conductor teneatur ad collectas, seu tributa; maxime apud Garcia supra n. 18. Britum in cap. 24. de locato, & conducto 3. parte, n. 36. Tuschum liter. C. conclus. 617. Morlam in emporio, tit. 10. in premissis, num. 37. & Narbonam in l. 37. tit. 4. lib. 2. Recopil. num. 45.

Advertunt tamen Doctores quod colonus, vel conductor non possunt mutare etiam in melius formam rei conductæ nisi multis consideratis; & cum appareat manifestè juxta voluntatem domini fieri; ut ex Caroc. de locato, §. 4. capite de accidentibus questione 7. numer. 26. & 27. docet Castillo in tractatu de usufructu, cap. 25. num. 14. & 15. ubi n. 16. agit late an colonus possit arbores fructiferas incidere, ubi fundus ex incisione fieret fructuosior, juxta Communem relatum à Tiraquel, de rebus conventionali, §. 3. glossa unica, n. 27. & 28. quam sequuntur Molina de primogenitiis, lib. 1. cap. 22. num. 5. Garcia de expensis, cap. 14. num. 1. & cap. 16. num. 41. & tandem concludit non licere, contra supra dictos: quod ego intellegem præterquam si arbores ipsæ non inciderebantur, sed rami superflui, vulgo, Talar: hoc enim permittit arbitror, ex Castillo

supra num. 16. Item de arboribus evulsis vi ventorum, vel alio modo, Barbosa in dicta lege 8. ff. soluto matrimonio, §. si fundum, num. 10. & 20. & ipse Castillo supra.

Ad num. 21 ibi: In quo articulo breviter, & 22 resolvitur sic, &c.

Si conductor ex culpa sua lata, vel levi, non restituit rem, quod teneatur ad totale interesse, secus verò, si casu vel culpa levissima, ut hic resolvit Gomezius, docent Tuschus late amplians, limitans, & declarans litera C. conclusione 606. & 607. Mantica de conventionibus, libro 5. titulo 8. numer. 1. Menochius de recuperanda, ven. medio 11. late Barbosa in leg. si alienam, ff. soluto matrimonio, ex num. 11. ubi an conductor debeat rem restitueret non obtinere profectione sibi facta ne restituit? & alia plura, circa restitutionem rei locatæ; Morla in emporio, titul. 10. in premissis, num. 35. Molina de justitia, tom. 2. diff. pusat. 494. ubi materiam late explicat, & ad quid teneatur tam conductor, quam locator? plura etiam Farinacius in praxi criminali, 3. part. questione 110. ex num. 25. ubi quod conductor teneatur etiam de culpa levissima quando illa consistit non in omitendo, sed in committendo & questione 169. ex num. 24. Escobar de ratiociniis, cap. 19. num. 10. & 11. ubi de obligatione conductoris in cultura agri, & in substituendo alias arbores in locum demortuorum, Vincencius Carocius de locato, 4. parte, quest. 2. Valascus de jure employentico, questione 27. Mascardus ex probation. conclusio. 89. num. 12. Matienzo Junior in repetitione l. contractus ff. de requirituris, ex num. 213. ubi numer. 215. adducit contrarium Donellum lib. 13. commentariorum, cap. 8. & Connamum libro 7. cap. 14. num. 18. & alios opinantes conductorem etiam de levissima culpa teneri; quod dicit confirmari ex leg. 7. titul. 8. part. 5. & ibi per totam repetitionem explicat species culpæ, Gregorius in leg. 76. titul. 8. part. 3. glossa 1. ubi de equo aestimato locato? de quo etiam infra, num. 28. Brito in capite propter sterilitatem, ex num. 54. ubi bene declarat materiam, qui omnino videri debet, Barbosa in collestantia cap. unie. de commutato, n. 4. novissime Narbona in leg. 9. tit. 10. lib. 6. gloss. 1. in 3. parte Recopilationis, ubi latissime materiam explicat circa conductionem mularum, & omnes difficultates in ea contingibiles resolvit, Scaccia de commerciis, paragraph. 1. questione. 7. parte 2. ampliatione 6. numer. 9. 10. & 16. & licet aliqui ex sapradictis Doctores anticipes maneant circa conclusionem hujus numeri, verissima tamen in se est, ut optime post alios probat Pichardus in §. qui pro usu, Institution. hoc titul. ubi cum aliis explicat text. in l. si mercet 25. §. qui columnam, ff. hoc tit. in quo fundamentum faciunt contrarie opinionis assertores.

De locatoris obligatione agunt iidem Doctores supra allegati, maxime Matienzo Junior ex num. 207. Molina dicta disputatione 494. Gratianus disceptation. cap. 534. Morla etiam supra & Brito in dicto cap. propter sterilitatem, & latius in rubrica, 2. parte, §. 1. ubi de locatore? dolii vitio [de quo etiam Molina supra, & Scaccia de commercio, §. 7. glossa 2. sub num. 97. ubi de locatione saltus ad partum in quo malæ herbe nascuntur] Reginaldus in praxi forei penemialis, lib. 25. num. 513. & sequentibus, & de omni interesse ad quod teneatur locator non implens contractum, ad explicationem leg. urabit, Cod.

Cod. de actionibus embrogant supra relati, de quo etiam videndi sunt Pichard. in §. actio, ff. de actionibus, q. est. 16. numer. 18. Rodriguez in tract. de rebus, libro 1. quest. 13. & lib. 3. quest. 7. ex num. 72. & question. 10. ex num. 38. Fachinæus lib. 2. cap. 32. Soula in dicto §. actionum, cap. 1. ex num. 23. & cap. 2. per totum, Barbosa in leg. 5. ff. soluto matrimonio, ex numer. 9. ubi etiam an quando imminet evictio in limine contractus, & ideo non solvitur pretium, habeat locum dicta legu dispositio? Gratianus discept. cap. 513. & 524. & 716. & Hermosilla latissime in leg. 10. tit. 1. part. 5. glossa 4. ex num. 107. & in leg. 28. titul. 5. glossa 2. Surdas in tractatu de alimentis, titulo 1. questione. 42. Cancercius variarum 3. parte, cap. 7. ex n. 144. D. Larrea decif. Granatensis 42. num. 8. 9. & 31. Salgado in labyrintho, 1. parte, cap. 22. ex num. 35. ubi de exornatione dicta l. curabit.

De procuratore autem litis, quod teneatur etiam de levissima culpa, operam suam locans, vel præstans, videndi sunt Donel. commentarior. lib. 15. cap. 11. Daurenus ad titulum de mandato, cap. 2. versic. Tertia causa est, Surdas decif. 304. numer. 4. & sequentibus, necnon Gregor. Lopez in leg. 26. tit. 5. part. 3. versic. Ca si per engaño, &c. & alios referens Matienzo Junior in repetitione dicta l. contractu, ex num. 148. qui teneri de levissima culpa dictum procuratorem affirmant; quod etiam docuit Barbosa in dicto cap. unico de commutato, num. 4. in collectaneis.

Ad num. 22. ibi: In quo breviter dico, &c.

23 Culpa conductoris intervenisse in morte, vel interitu rei conductæ, locatorem debere probare, cum ea non presumatur, ut resolvit Gomezius, docent plures relati per Mascardum de probationibus, litera C. conclusione 468. ubi etiam limitat, & declarat, & litera B. conclusione 239. ubi assert distinctiorem relatum à nostro Gomezio hic, an casus sit talis quod non solet contingere absque culpa conductoris? & tunc ipse teneatur probare absque sua culpa contigisse, ut liberetur, secus verò si contingere solet absque ejus culpa, & tunc locatorem ipsam culpam probare debere, ut obtineat, Morla in emporio, tit. 10. in premissis, num. 35. ubi de equo conducto mortuo, quod sufficit conductor probare mortem, ut absolvatur, nisi dominus probet ejus culpa contigisse: & melius quest. 1. num. 16. & 17. ubi comprobat resolutionem Gomezii hic, in versic. Vel aliter, & tertio, Cancercius variarum, 1. parte cap. 14. ex numer. 52. ubi bene explicat, Reginaldus in praxi forei penemialis, lib. 25. numer. 531. Farinacius in praxi crim. quest. 119. ex numer. 12. ubi plures refert, probans quod furtum præsumitur commissum culpa custodis, & ideo de eo tenetur; nisi probet absque sua culpa contigisse: quod etiam prosequitur latissime in quest. 11. ex num. 41. in incendio, qui etiam præsumitur ortus culpa inhabitantium, & sic in effectu idem intendit, quod docuit Mascard. dicta conclusione 239. & noster Gomezius hic, in dicto versiculo: Vel aliter, & tertio, ipse tamen Farinacius ibidem dicta quest. 110. ex num. 90. docet cum aliis quamplurimis, quod in incendio dicta culpa habitatoris præsumitur levissima in omitendo, & non in committendo, & sic habitator liber erit nisi dominus probet in eo gravem culpam, ut ipse Farinacius declarat ibidem, num. 127. & seq. cum vide ibi, & etiam decif. 114. lib. 1. & Brito in cap. propter sterilitatem, num. 54. quem etiam videas,

& Fachinæum lib. 1. cap. 87. & lib. 13. cap. 74. & Gratian. discept. cap. 677. numer. 13. Molina de justitia, tom. 2. disputationum, 494. num. 13. versic. Quia ergo mors unenit conducti, ubi etiam dictam distinctionem approbat inter casus contingentes communiter cum culpa, vel absque culpa conductoris, & ibi bene explicat, meo videri, obligationem pastoris, vel alterius custodis, de quo etiam latissime Gutierrez libro 4. quasi 47. per totum, ubi etiam explicat an talis pastor teneatur de levissima culpa, & quid in custode carceris, vel tabellione; & aliis qui tenentur ad custodiam ratione officij? & Azeved. in l. 21. tit. 8. lib. 6. ubi etiam agit de pastoribus; de quibus etiam Mascardus conclus. 264. & 470. & novissime Narbona in 3. partem Recopil. in leg. 9. titul. 10. l. 6. Recopil. glossa 2. num. 3. ubi num. 4. docet nec pacto, nec conventionem effici posse, ut ultra taxatum pretium rei conductæ ipse conductor teneatur de interitu, & periculo illius, præter dolum, & culpam contingente in hoc contractu, quia tale pactum est usurarium, ut ibi prosequitur Narb. plures referens; & num. 15. & segg. probat quod si quis conducatur equum, vel aliam rem pro certo usu vel ad aliquem locum determinatum, & ad alium ducatur, non tenetur furti si ita erat solitus locari, & est presumpcio dominum permissurum; quod etiam probat Farinacius in praxi quest. 169. num. 7. & Gutier. supra, & denique de illis qui tenentur ad custodiam ratione officij assumpti, videas Molinam, & Gutierrez supra allegatos, & Mascardum & Tuschum verba, Custos & verbo, Caprarius, & Joannem Gratianum regula 117. numer. 15. canonico, de reliquis verò conductoribus observa distinctionem nostri Gomezii in dicto versiculo, Vel aliter, & tertio, à nobis comprobata.

Et circa supra dicta advertit, quod si pastor gregis damnus dederit; dominus tenetur ad ejus satisfactionem, ita cum aliis resolvit Caval. questione. 11. num. 50. tom. 5. ubi alia de hac materia per totam questionem.

Item nota quod dilatio concessa à Principe debitori ad solvendum debita, an comprehendat debitum ex causa locationis? vide Menochium de arbit. casu 10. num. 17. ubi quod non comprehenditur.

Item quod locatio facta ad beneplacitum patris, morte extinguatur, vide Covarruv. lib. 3. var. 6. 15. num. 2. Medic. in tract. mortu omnia solvit, conclus. 16. Caroc. de loc. quasi. 12. de beneplacit. num. 3. & alios ab eis relatos; & de locatione an possit conferri in voluntatem unius ex contrahebentibus? Gratian. discept. cap. 534.

Item quod colonus partiarus non conveniatur à domino in plus quam facere potest, vide Castil. l. 66. Taur. de bo. Se arragar, versic. Adde, decimo tertio: & Baëzam de impo debitor, cap. 65. & Gregor. in l. 79. titul. 28. parte 3. ubi etiam an debeat suis expensis portare fructus in domum domini? & Gutierrez de tutel. 3. parte, cap. 37. num. 9. ubi etiam an hoc casu fructus intelligatur deductis expensis.

Item de locatione operarum, vide Avendañum 3. parte, ap. 13. prator. per totum, Baëzam de impo debitor, cap. 1. num. 16. & sequentibus, Bolan. in Curia Philisip. 2. parte, §. naues, & §. navigantes, Aviles cap. 17. prator. & cap. 33. verb. A me nos costa, ubi de locatore operum artificialium, qui dixit opus fieri posse cum centum nummis, si postea non sufficiant; & an teneatur de vitio oper-

ris, Menochius de retinenda poss. remedio 4. ex num. 7.

- 28 Item de locatione animalium cum pacto ut conductor semper teneatur servare numerum integrum ex eorum fetibus, vel aliunde, Vel quando locantur æstimata ea conditione ut finita locatione reddantur sub eadem æstimacione: vide Molinam de iustitia, tomo 2. disputat. 503. ubi de primo dubio: & de secundo agit Farinacius decisio 118. libro 1.
- 29 Item de fructibus pendentibus locationis tempore vide Barbosam in leg. 8. 2. part. ff. solut. matrim. numer. 82. 92. & sequentibus, ubi quomodo eos acquirat colonus, & quomodo dividantur inter locatorem, & conductorem: & in §. quod in anno; ubi alia plura de hac materia, & vide etiam eundem Barbosam in §. si vir, numer. 57. & 58. eadem l. 8. ubi etiam an jus patronatus transeat in conductorem? Castillo de usufructu, l. 77. & 80. & Britum de locato, cap. 2. parte 3. ex numer. 13. Gutierrez in tract. de tutelis, 2. parte, cap. 28. ubi de conducente fructus, & redditus, an acquirat dona, hoc est los presentes? & cap. 29. ubi etiam de iure præsentandi, & Gratian. regula 341. numer. 8. ubi quod locata universitate, non censetur locatum jus patronatus præter quam si locatio sit ad decennium.
- 30 Item si quis conducat navim, vel locum in ea ad Indos, verbi gratia; & reluctantibus ventis, vel alia causa ad portum redeat navis, an pretium debeat? vide disputantem Molinam tomo 2. de iustitia disputatione 502. Bolanum in Caria Philip. 2. parte §. testamentum, numero 23.
- 31 Item an conductor acquirat dominium fructuum antequam solvat mercedem? vide Patladotium 3. parte quotidianarum, differentia 79. cap. 3. ex num. 7. Barbosam in l. 8. ff. soluto matrimonio 2. parte, ex num. 23. Pereiram de emptione & vendit. cap. 23. numer. 13. Lafarte de decima venditionis, cap. 29. numer. 72. Valascum de iure emphyt. quest. 20. ex num. 15. Molinam de iustitia, disputatione 497. numer. 1. Narbonam in l. 25. titul. 21. lib. 9. Recopil. glossa 16. ex num. 36. & plures referentem Hermosillam in leg. 28. titul. 5. part. 5. glossa 1. ex numer. 46. & in l. 55. ibidem, glossa etiam 1. numer. 5. & sequentibus, ubi an conductor teneatur vendere fructus potius domino quam alteri? vide etiam Barbosam in collectan. cap. potuit, de locato: & Cancercium variar. 1. parte, cap. 10. numer. 52. & Gratianum disceptationum, cap. 149. numer. 10. & quasi per totum, & D. Larream allegatione Fiscalis 111. ex num. 23.
- 32 Item adde quod si conductor emat rem conductam, & postea sequatur retractus in ipsa re, poterit ipse conductorem redire, & ita probant nos Gomezius in leg. 70. Tauri, numer. 34. Surdus decis. 51. numer. 24. Cancercium variar. lib. 3. tit. de privilegiis, numer. 309. & aliis laudatis à Salgado in tractatu de retentione Bullarum, 1. part. cap. 10. §. unico, numer. 70.
- 33 Item inter duos conductores quis præferatur? vide D. Joseph. Vela de iustitia Hispanensi 20. numer. 16. & 43. & latissime Britum de locato, & conducto, 2. parte rubrica, §. 4. per totum, quem videas.

CAPUT IV.

De Donatione.

SUMMARI A.

- 1 Quid sit donatio, & quibus modis fiat.
- 2 Donatio an possit fieri inter absentes.
- 3 Si donatio sit inter absentes interveniente nuncio, vel epistola, an possit per dominum revocari, antequam revocatio perveniat in notitiam ipsius nuntii.
- 4 An donando simpliciter rem, videatur donari tota, an pars.
- 5 Que sit differentia inter legatum & donationem.
- 6 Quando in donatione requiratur insinuatio.
- 7 An possit insinuationi renunciari.
- 8 Donatio, etiam excessiva, si sit cum iuramento an sufficiat sine insinuatione.
- 9 An in liberatione, vel remissione debiti requiratur insinuatio.
- 10 An requiratur insinuatio in donatione ad pias causas.
- 11 An, & quando donatio semel perfecta, possit revocari.
- 12 Si post donationem revocabilem & inofficiosam filii nascantur, & vivo patre decedant, an reconvalescat donatio.
- 13 Donatio revocatur, quando quis filius facit extraneo donationem immensam, & inofficiosam, qua tangit legitimam.
- 14 Ingratitudine revocatur donatio.
- 15 Donatio causa mortis, quid sit, & quando valeat.
- 16 Donatio causa mortis an æquiparetur contractui vel ultime voluntati.
- 17 An ista donatio causa mortis, respectu confirmationis, & effectus, æquiparetur ultime voluntati.
- 18 An donatio pura, qua à principio non valet, sed morte consumatur, requiratur insinuationem.
- 19 Qualiter revocetur ista donatio causa mortis.
- 20 An revocata ista donatione revertatur ipso iure dominium in donatorem.
- 21 An facta repetitione huius donationis, possint repeti fructus.
- 22 Si in ista donatione causa mortis dictum sit, quod non possit revocari, an erit donatio terminus.
- 23 Que persona prohibeantur donare.
- 24 An maritus possit in favorem uxoris renunciare alicui donationi.
- 25 Pater an prohibeatur donare.

TERTIUS contractus, qui consensu contrahitur, est hodie Contractus Donationis. Nam licet de iure antiquo requirebatur in eo stipulatio; tamen hodie fit solo pacto nudo, ut infra magistraliter dicitur. Pro cuius perfecta declaratione dico, quod donatio est quando quis nulla subsistente causa, sed propter solam liberalitatem donat alteri pecuniam, rem, vel aliqua bona sua, nam valet & tenet, textus est in l. 1. & per totum ff. de donat. text. in leg. 1. & per totum

totum Cod. eodem tit. textus in §. 1. & per totum, Insitut. eodem tit. textus in cap. 1. & per totum de donat. & idem disponit l. 2. titul. 4. §. p. vii. Et talis donatio fit & celebratur dupliciter. Primo modo traditione rei. Secundo modo, promissione. Traditione, quando nulla præcedente promissione vel obligatione quis tradit rem suam alteri, causa donationis, quia tunc statim valet & perficitur donatio & transit dominium, & plenum jus rei in accipientem ex illo titulo, & causa donationis, Quo casu nulla oritur actio, vel obligatio ipsi donatario pro ipsa re, cum eam habeat, nec pro evictione eius si fuerit evicta: quia non subest causa præexistens, nec fundamentum ejus ex quo oriatur, ira probant prædicta jura, & ibi communiter Doctores. Promissione, quando quis se obligavit alteri ex causa donationis dare, vel tradere aliquam rem. Quo casu de iure antiquo requirebatur solemnitas stipulatio: & talis contractus celebrabatur verbis, ut in leg. 1. & per totum infra isto titul. de verb. obligat. Hodie tamen sufficit pactum nudum, sic fit solo consensu partium, textus est in l. si quis argentum, Cod. de donat. textus in §. alia, vers. perficiuntur, Insitut. eodem titul.

2. Quæro tamen an prædicta donatio possit fieri inter absentes, Et breviter & resolutivè dico, quod si donatio incipiat à traditione, bene valet & tenet, si intervenit nuntius, vel epistola ad conjugendas voluntates, textus est notabilis, & expressus in leg. absenti ff. de donat. & ibi Glossa ordinaria, Bartolus, Alber. Angel. Paul. Imola, Cuman, & communiter alii Doctores, textus in leg. etiam eodem tit. textus in l. nec ambigi, Cod. de donat. & ibi Gloss. ordinaria Odofred. Petr. Cyn. Jacob. Butr. Bald. Angel. Salicet. & communiter Doctores, textus in l. si aliquid, eodem tit. & idem disponit lex 4. titul. 4. §. part. Confirmatur, quia regula est, quod omnis contractus, qui consensu celebratur, potest fieri in absentia interveniente nuntio, vel epistola ad conjugendas voluntates, textus est formalis & expressus in l. 1. in fin. ff. de contrahend. empt. cujus verba sunt: Et ideo consensus peragitur, & inter absentes contrahi potest, & per nuntium, & literas, & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores, textus in leg. quædam mulier, ff. rei vendit. & ibi communiter Doctores textus in l. Lucius ff. de fidejuss. textus in l. illud, Cod. sacro sancti. Eccles. textus in §. Insitut. de oblig. qua ex consensu. & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores, & idem disponit l. 18. titul. 5. §. part. Si verò donatio incipiat à promissione; non potest fieri inter absentes, etiam interveniente nuntio, vel epistola: quia requiritur stipulatio, quæ non accipitur inter absentes, ut in l. 1. ff. de verb. oblig. & in expresso ita probat textus in dist. l. nec ambigi, Cod. de donat. & ibi tenet Gloss. ordinaria & communiter Doctores. Hodie tamen bene valet donatio inter absentes, quando incipere à promissione, interveniente nuntio, vel epistola ad conjugendas voluntates: quia fit, & perficitur solo consensu, per pactum nudum, ut in dist. l. si quis argentum, §. sin autem, Cod. de donat. facit textus in l. Lubec ff. de pact. & in expresso per ista jura ita tenet singulariter Jacob. Butr. in l. illud, Cod. de sacrosancto Eccles. in fine, & Cuman, in dist. l. absenti, ff. de donat. Faber, Angel. & alii Doctores in dist. §. 1. Insitut. de obligat. qua ex consensu

n. sc. Collectarius in cap. Pastoralis, de donat. Imò, quod magis est, hodie in nostro regno valet donatio inter absentes, etiam non interveniente nuntio, vel epistola. Uade si quis coram testibus, vel tabellione promiserit ex causa donationis, rem vel pecuniam absenti, statim remanet efficaciter obligatus; & quando venierit in notitiam absentis, poterit ab eo conveniri, & condemnari per nostram Legem Regni generalem l. 3. titul. 8. lib. 3. ord. Primò quia dicit, pareciendo que uno se quis obligat à otro queda obligado. Ex quibus verbis patet quod sola voluntas & intentio volentis se obligare attenditur, & consideratur, & non alia perfectior forma, vel solemnitas à iure communi requisita in contractu, & per consequens oritur actio, & obligatio ex pacto & pollicitatione. Secundo, quia prædicta lex dicit, & disponit, quod valet promissio vel obligatio inter absentes. Ergo non requiritur nuntius, vel epistola ad conjugendas voluntates, nec similita meus consensus, sed sola promissio & voluntas promissoris. Tertio, quia prædicta lex præsupponit, & vult, quod promissor efficaciter sit obligatus. Ergo non suspendat obligatio, expectatur nuntio, vel epistola. Ex quo noviter & singulariter infero, quod etiam si hodie in nostro Regno donatio incipiat à traditione, valebit, & erit perfecta, non interveniente nuntio, vel epistola, non quoad translationem domini, sed quoad obligationem: quia donator remanendi obligatus, rem dare, vel tradere: quia negari non potest, quod ibi sit animus & voluntas obligandi, quæ sola sufficit, per dist. l. Ordinantem, licet alia solemnitas non interveniat, Et idem erit in omni alio contractu qui celebratur consensu, ut venditione, locatione, societate, & similibus. Quia licet de iure communi nulla oriatur actio, vel obligatio, nisi interveniente nuntio vel epistola ut supra dictum est: tamen hodie in nostro Regno venditor, locator, vel similis, remanebit efficaciter obligatus, quia ibi datur voluntas & consensus ejus. Confirmatur ex doctrina Gloss. ordinaria in leg. fin. de donatione quæ formaliter probat quod si stipulatio, vel promissio fiat per verba presentis temporis, ut si quis dicat, Do vel concedo Titio stipulanti talem rem meam: quæ non est præsens, licet non transferatur dominium: tamen dicere verba operantur dare, & tradere, & resolvuntur in promissionem, & ibi tenent & commendant Doctores, tenet etiam & commendat Bartolus ubi subtiliter loquitur, in l. §. stipulatio, ff. de verb. obligat. 2. column. vers. quædam sunt stipulationes, & ibi Doctores præcipue Jason. penult. column. numero 8. Verum tamen est quod ex alio iste contractus infringere, scilicet, quia videretur totus contractus, & substantia jus collatum, & commissus in liberam & absolutam voluntatem absentis, argumento textum cum materia, in l. evidenti, Cod. de contrab. empt. cum similibus.

Item quæro, si donatio est facta inter absentes mediante traditione, interveniente nuntio, epistola, vel quilibet alius contractus, qui consensu contrahitur, an possit per dominum revocari, etiam antequam revocatio perveniat in notitiam, ipsius nuntii, vel ejus cui mittitur? In quo subtili & notabili articulo breviter & resolutivè, dico, quod si actum vel contractum